Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26970
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Apertis quoque palpebris dei interrogatus paulus recte
respondit. quia et superna secreta attigit. et tamen in humi
litate cordis sublimiter stetit. Qui rursum cum secre
ta dei iudicia de repulsione iudeorum et gentium uoca
tione discuteret. atque ad ea peruenire non posset. qua
si clausis dei palpebris interrogatus est. Sed rectum ualde
responsum reddidit. quia deo se in ipsa sua ignorantia
scienter inclinauit dicens. O altitudo diuitiarum sa
pientie et scientie dei. quam incomprehensibilia iudicia
eius. et inuestigabiles uie eius. Quis enim cognouit
sensum domini. aut quis consiliarius eius fuit. Ecce et abscon
sis mysteriis quasi clausis palpebris inquisitus. placita
ac recta respondit. quia secreti aditum pulsans. quia per cognitionem
intromitti ad interiora non ualuit. per confessionem ante
ianuas humilis stetit. et quod intus comprehendere non po
tuit. foris timendo laudauit. IN EXP B. IOB. L. XV.
Quod deus districtioris iuditii tractat. Pluit super
peccatores laqueos ignis. sulphur et spiritus procellarum
pars calicis eorum. Dicendo laqueos ignis. sulphur et
spiritus procellarum. multos nimirum dolores intulit. Sed
quia in his doloribus peccator qui non corrigitur. ad eterna
supplicia uocatur. eosdem dolores non iam totum calicem sed